



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus X. De his qui filios occiderunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

TITULUS X.

De his qui filios occiderunt.

SUMMARIUM.

1. *Mulier filium sponte occidens qualiter puniatur iure Canonico.*
2. *Et quid si infans inter dormiendum fuerit suffocatus.*

HAec tenus de criminibus in Deum commis-
sis. Deinceps proponuntur ea, quae primo
proximum tangunt, servato ordine Deca-
logi; & primo quidem ea quibus proximi cor-
pus laceratur, cuiusmodi est Homicidium, quod
eo gravius, quo pictati magis repugnans uti-
cades parentum, qua L. Pompeja de parricidi-
is vindicatur, de qua D. libro ii. & liberorum, l.

1. Cod. De his qui parentes vel lib. occid.

2. *Jure Canonico mulier filium sponte occi-
dens jubetur in Monasterio perpetuo deflere
erimen. A viro tamen, quem habet, non se-
paranda, post cuius mortem non ita nuptiis
privatur, qui si evitare carnis stimulos ne-
queat, nubendi licentiam impetrare possit, e.
i. h. t. Ut videatur filii cades ponere aliquod
impedimentum impediens. * Si infans in co-
dem lecto cum parentibus inter dormiendum
suffocatus fuerit, licet per ignorantiam, fa-
ctum tamen penitentia triennali delendum,
nisi omnino extra culpam sit, e. fin. h. t. Pater
etiam hoc in casu contrahere irregularitatem,
si procuraverit suffocationem, aut neglexerit
evitare.*

TITULUS XI.

De infantibus & languidis ex-
positis.

SUMMARIUM.

1. *Exponens infantem necare videtur.*
2. *Expositionis pena.*

1. **N**ecare infantes & languidos, sive suos sive
alios, videtur expouens, frustra præten-
ta misericordiae causa, quam non habet, l. Nec-
are D. De agnosc. lib. Maxime si dolo malo recens
natus loco solitario exponatur, qualis non ma-

lè dicetur teneri pena Legis Com. de fac-
Azor. in Rubr. Cod. h. t. Alias extra opti-
natur, l. t. §. pena D. de agnosc. ib.

Expositionis effectus est, quod filius in-
beretur patria potestate, servus si alibi, co-
eo h. t. alimenta a sufficiente praefixa mi-
ciant ejus dominio subiici expositionem. Et
hac ita, nisi ignorantia excusat pater
dominum, qui solitus expensis, nomine
tur filium vel servum repetere, l. i. Cod.

At autem expositi concantur legem ap-

ita non irregulares, dictum est super presbyt.

TITULUS XII.

De Homicidio.

SUMMARIUM.

1. *Homicidum quid, & quinque.*
2. *Iure Canonico pena homicidi & muto-
tas, & quid ea sit.*
3. *Homicidium voluntarium quidam dicatur.*
4. *Intendens vulnerationem, scilicet non
cenfendus homicida voluntarius.*
5. *Irregularitas an incurrit a morte?*
6. *An procurando abortum?*
7. *An eam incurrit vendens venenum?*
8. *An vulnerans non letaliter, vulnerans
vel Chirurgi incuria mortua?*
9. *Et quid si dubium, an vulnus letaliter?*
10. *An vulnerans letaliter, quem ampu-
cidit?*
11. *Vulnus mandans aliud occidit?*
12. *Quid si revocet mandatum.*
13. *An necesse, ut acceptetur mandatum?*
14. *Quid si mandatorius occidatur?*
15. *An mandans vulnerans tantum?*
16. *An mandans occidi Titum, & malam
occiderit Mavium?*
17. *An consilens homicidium?*
18. *Mandans an sit extra irregularitatem
mandatum non auerterit animam aut
corporis?*
19. *Quid si consilens retrahatur etenim consilium?*
20. *An consilens minorem vindictam?*
21. *An consilens homicidio?*
22. *Ratiabilitas an causaret irregularitatem?*